



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

133 Excommunicationis poenam Bullae Coenae Domini incurunt  
magistratus, judices, notarii, & scribae se interponentes in causis  
capitalibus contra personas ecclesiasticas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

certio hinc nonam : quia ejus opinio est contra text: in cap. solita, §. præterea , ubi etiam glossa de major. & obed. & reprobata à Rotar in locis supra allegatis , præcipue numer. 92. 93. & 100. & alijs per me supra deductis.

132 Incurrunt † etiam dictæ excommunicationis sententiam , qui predicta abque Romani Pontificis speciali , & expressa licentia imponunt, & diversis etiam , exquisitiisque modis exigunt ; & præmissa facere , vel procurare , aut in eisdem consilium , auxilium , vel favorem præstare non verentur ; cujuscunque sint dignitatis , præminentiae , ordinis , conditionis , aut status , etiamsi imperiali , aut regali fulgeant dignitate ; seu Principes , Dukes , Comites , Barones & alij Potentatus , quicunque etiam Regnis , Provincijs , civitatibus , & terris quoquomodo præsidentes , & consilia- rii , senatores , aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti ut in eadem Bull. eodem numer. 18 & Sayr. eodem cap. 22. numer. 1. & 2. Hoc enim casu agentes , consulentes , & favorem præstantes pati pena puniuntur , & haec æquiparantur atrocissimis delictis , in quibus consulentes pati pena plectuotur , ut c. felicis , de pena . in 6. clem. si quis studente , eodem tit. & Felyn. in cap. sicut dignum , num. 8. de homicid. consilium autem præstatut rogado , impellendo , instruendo , vel securoram utilitatem ostendendo Sanct. Antonin. in 3. par. tit. 25. capit. 2. & 3. & Sayr. eodem lib. 3. c. 15. num. 12.

133 Decimonono , eadem excommunicationis sententia fertur contra omnes , & quoscumque magistratus & judices , notarios , scribas , executores , & subexecutores , quomodolibet se interponentes

in causis capitalibus , seu criminalibus contra personas ecclesiasticas , illas processando , banniendo , capiendo , seu sententias contra illos proferendo , vel exequendo , sine speciali specifica , & expressa sanctæ Sedis Apostolicæ licentia , etiam si talia committentes fuerint consiliarij , senatores , præsidentes , cancellarij , vicecancellarij , aut alio quovis nomine nuncupati , ut in eadem Bulla Cœna Domini num. 19. & Sayr. dict. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2.

134 Antiquitus † civitates , quæ populari statu regebantur ostracismo , qui genus relegationis existebat , in consilio per calcula utebantur ; & qui quodam suffragiorum numero damnabantur , ad decennium in Argivam relegabantur ; & eos qui excellere videbantur , propter divitias , vel amicos , aliamve potentiam , extra civitatem ad dictum tempus tyrannico more relegate solebant ; non ad criminiis improbitatem castigandam , sed ad potentiam moderandam , Arist. lib. 3. politic. lect. 12. §. quapropter à civitatibus , & Plutarc. in vita Aristidius.

135 Hic † ostracismus , mutato nomine , & discolatus dictus , etiam hodie in quadam civitate est usu receptus , quæ diurna temporis consuetudine eo abusa est ; cum enim non complectatur , nec complecti possit alienos subditos in alienam messem falcam importendo , magistratus ejusdem civitatis , penes quanto- tius imperij residet auctoritas , ecclesiasticas personas eodem discolatu judicare conatur , eosque suffragijs cribrando , & ventilando factiosos nominat , ac exules etiam publico edicto renunciat , & fuit à me quæsumus , an magistratus ille sen-

tencia